

malitatis: ac etiam de pendentia effectus postulantis causam necessariam, præcisam, & immedietam: vt in proposito accidit: quare ratione istorum repugnat subiectum esse sine passione: & non quia est illa prius: nam ut sic, non repugnat illi esse sine passione: tamen simpliciter repugnat illi propter prædicta.

Dubium.

Etsi quæras: an homo in illo priori sit risibilis, vel non?

Solutio.

Respondeo: quod de se nec est risibilis, nec non risibilis.

Contra: ergo duo contradictoria pro codice instanti de eodem verificantur.

Respondeo, quod licet duo contradictoria non possint absolutè sumpta de aliquo simul verificari; bene tamen cum aliqua determinatione: verbi gratia, licet homo necessario sit, aut albus, aut non albus; cum ita tamen determinatione, de se, bene verificantur: nam homo de se nec est albus, nec non albus. Vide Doct. in secundo Peripherm. quæst. 2. & in tertio dist. 3. quæst. 1.

Ad secundum.

Ad secundum nego maiorem absolute: multa enim intelligit Deus, quæ tamen producere non potest: nam intelligit se ipsum: duo contradictoria, priuationes, & negationes: quæ omnia producere nequit: quare licet illæ potentiaz sint infinitæ æqualiter: quia tamen sunt diversæ rationis, nullum est inconveniens, vt una in plura, quam alia feratur. Vel distingo maiorem: illæ



PRÆ-

potentiaz feruntur in æqualia ex parte sui: concedo: ex parte obiectorum: nego maiorem: est enim defectus in obiectis, quibus separari implicat.

Ad tertium dico esse implicationem, quia passio est de essentia subiecti in secundo modo: vt Art. præcedente diximus.

Ad quartum nego minorem: nam concursus Dei, quo concurreat ad proprias passiones, licet ex parte Dei dicatur liber: quia a dextra omnia libere operatur: non tamen, vt dicitur concursus subiecti ad passiones: nam ut sic, eandem necessitatem Sortitur, sicut, & ipsum subiectum: vnde si Deus suum concursum subtraheret, anhilaretur subiectum, propter suam realem identitatem, & dependentiam.

Ad quintum nego paritatem rationis: tunc propter realem distinctionem inter subsistentiam, & naturam; de qua late diximus in tertio sentent. subsistentia enim non dimanat, sed verè producit: tunc etiam, quia passiones dimanant in secundo signo: & ideo sunt de perfectione subiecti: ita vt subiectum sine illis non possit habere esse singulari: at subsistentia aduenit naturæ habenti suum esse completum, & perfectum, extra causas: & ideo nec est de eius perfectione; nec implicat subiectum esse sine illa.

*Ad tertium.**Ad quartum.**Ad quintum.*

PRAEDICABILIA

SCOTI.

DE ACCIDENTE.

Q V A E S T I O I.

Utrum accidens sit de numero vniuersalium?



VÆRITVR: vtrum accidens sit de numero vniuersalium? Quod non, videatur: quia quod est in singulari, est singulare: nam recipientum est in recipiente, per modum recipientis: sed accidens est in singulari: vt habetur quinto Metaphysi. capitulo de eodem: ergo accidens commune est singulari: & illud accidens est illud, de quo hic agitur: vt patet per Porphyrium capitulo de Genere in divisione, quam ponit ad notificandum distinctionem generis dicentem: & accidentia communiter, sed non propria alicui.

Item, ens quinto Metaphysi. diuiditur in substantiam, & accidentem: ista divisione, si valeat, est per opposita: sed res primæ intentionis non opponitur rei secundæ intentionis: ergo, cum substantia, quod est alterum membrum divisionis, sit res primæ intentionis: accidentis non erit res secundæ intentionis: igitur, nec species vniuersalis.

Item, nullares secundæ intentionis prædicatur per se de re primæ intentionis: sed hæc est prædicatio per se: qualitas est accidentis: ergo, &c. probatio minoris: hæc est per se: qualitas est ens; vt patet per Aristotel. tertio & quarto Me-

taphysi. sed ens non habet aliud intellectum, nisi substantiam, & accidentem: ergo cum substantia non prædicetur per se de qualitate: & ens prædicatur: sequitur quod accidentis prædicatur per se de illa.

Item, nulla species ipsius vniuersalis verè inest singulari: vt patet inducitur: hæc enim est falsa: hoc animal est genus: iste homo est species: sed hæc est vera: hæc albedo est accidentis: quia definitio accidentis, scilicet, quod adest, vel abest, &c. dicitur de hac albedine: ergo accidentis hæc definitum non est species vniuersalis.

Ad oppositum est Porphyrius, & Aristoteles primo Topicorum ponens accidentem quartum Prædicatum.

Ad questionem dicendum: quod accidentis est de numero quinque vniuersalium: vt hæc sumitur.

Sed intelligendum, quod hoc nomen, accidentis, sumitur multipliciter. Vno modo est nomen primæ intentionis: & sic, est æquiuocum ad duo: vt distinguitur quinto Metaphysic. in fine: *Tex. com. vno modo dicitur idem, quod contingens in paucioribus: alio modo est idem quod adueniens enti in actu post eius esse completum: & hoc modo loquitur Metaphysicus diuidens ens in substantiam, & accidentem: & illud accidentis sic sumptum est æquiuocum ad numerum Prædicamenta. Alter modo est no-*

men

Sed expressius. 8. tex. ultim.

men secundæ intentionis: & sic vno modo significat idem, quod extraneum: pro ut sumitur in Elenchis in fallacia accidentis: alio modo significat idem, quod secunda intentio: scilicet, quodlibet, quod causatur à sola consideratione intellectus: & isto modo, omnia quinque vniuersalia sunt accidentia: alio modo significat idem, quod prædicatum non esse: & sic distinguuntur contra prædicatum essentiale: & est communne duobus vltimis vniuersalibus: & sic ponitur in diffinitione Proprii: alio modo dicitur idem, quod prædicatum non essentiale, nec per se, nec conuertibile: & sic est quintum vniuersale: & patet, quod sic sumptum prædicandi de pluribus: & habet modum prædicandi distinctum ab alijs: sicut enim præter materiali, & formam, quæ sunt de essentia rei, & accidentia egredientia ex illis principijs per se, eit reperire aliqua consequentia essentiam non per se nec conuertibiliiter: sic præter prædictos modos prædicandi in quid, & in quale essentiale, & accidentale conuertibiliiter, est alijs modus prædicandi in quale accidentale non conuertibiliiter sumptus à modo essendi in re: & tale Prædicatum dicitur **Accidens**, vt hinc sumitur, in quod descendit vniuersale per istum modum prædicandi: sicut in alia vniuersalia per alios modos prædicandi.

Ad primum argumentum dico ad minorem: quod hæc intentio, accidens, est in subiecto communi, vt in albo, vel in aliquo confusili, cui applicatur: sicut species in hoc communi subiecto, homo. Et similiter dictum Aristot. 5. Metaphys. est de illo, cui applicatur hæc intentio, accidens: quia illud primo inest singulari: quia non consequitur principia speciei secundum se.

Contra: si illud, cui applicatur hæc intentio sit in singulari primo: ergo est singulari: ergo & hæc intentio, quæ est in illo, est singularis: & sequitur idem, quod prius.

Dico: quod cui applicatur hæc intentio, vt album, secundum esse materiale est in singulari primo: sed sic non est subiectum intentionis; sed secundum quod consideratur ab intellectu, sic, est ei extraneum esse in singulari. Vnde in argumento est fallacia accidentis.

Ad secundum, & tertium patet: quia procedunt, vt accidens est res primæ intentionis: nam sumendo accidens, sic, pro vno nouem significatorum: hæc est per se: qualitas est accidens: sumendo 4. 17. & 19

Text. com.

autem pro intentione, est tantum vera denominatio: sicut hæc: homo est species: nec in est isto modo accidens vniuersaliter qualitat: quia non singularibus:

nec cui libet speciei: quia aliqua species qualitatis est, cui applicatur hæc inten-

tio, Proprium; vt risibile.

Ad quartum dicitur: quod hæc est falsa: hæc albedo est accidens, vt hic sumitur accidens, sed est vera: vt ly, accidens est res primæ intentionis. Ad probationem dico: quod Porphyrius per hæc verba, adeat, & abeat: circumloquitur prædicatum accidentale non per se, vel non conuertibile: vt dicetur infra, & illud non competit huic albedini: quia hæc albedo non est prædicatum; sed album.

Summa textus.

PAVLATIM ad questiones quinque, & vltimi vniuersalis, deuenimus; circa quod tres tantum agitat Doctor noster, quarum prima est: an Accidens sit vniuersale? Sicut etiam supra de Proprio interrogavit. Partem negatiuum quatuor rationibus ostendit: quarum prima, & quarta, ad idem (licet per diuertia media) tendunt: videlicet, fundatum huius intentionis esse singulare: tūm quia in singulari recipitur: & per Commentarem tertio de anima text. quinto, & Boetium quinto de consolatione: quidquid recipitur ad modum recipientis recipitur. Tūm etiam, quia diffinitio accidentis hinc à Porphyrio tradita conuenit singularibus: nam albedo est accidens: & potest ad esse, & abesse: secunda & tercia ratio in littera patet. Sed illis non obstantibus conclusionem affectat dicens.

Accidens, vt hinc sumitur, est de numero quinque vniuersali: & per se vniuersale à reliquis essentialiter distinctum: hauc probat autoritatis Aristotel. & Porphyrii: & vt illius rationem fundamentalē tradat, divisionem notabilem Accidentis apponit dicens: quod Accidens & quinocē dividitur in intentionale, & reale: Accidens reale adhuc est equiuocum ad dū: ad illud, quod est contingens in paucioribus sub quo casualia, fortuita, & contingencia ad utrumlibet, continentur: & ad illud, quod aduenit realiter enti in actu post eius esse completum; & hoc secundo modo dividit ens ex opposito substantiaz: estque & quiuocum adhuc ad nouem genera accidentium realium.

Accidens intentionale etiam est & quiuocum: quia vno modo significat idem, quod extraneum; vt sumitur in fallacia accidentis: alio modo signifi-

Conclus.

nificat omnem secundam intentionem: & vt sic omnia quinque vniuersalia accidentia dicuntur: alio modo significat prædicatum non essentiale: vt supra quæst. 2. de Proprio iam diximus: ultimo significat idem, quod prædicatum, nec per se, nec essentiale, nec conuertibile; & vt sic, est quintum vniuersale.

Ratio est: quia illud est vniuersale à reliquis essentialiter distinctum, quod de pluribus prædicatur, & distinctum habet modum prædicandi: huiusmodi est accidens ultimo modo dictum: ergo. Probo minorem quoad primum: nam sequitur à prædicatione signata ad exercitam: accidens prædicatur de pluribus: ergo homo est albus: albus est albus: lignum est quantum. Et quod hic modus prædicandi sit à reliquis diversus, ostendit à Doctore: qui aletas modi prædicandi sequitur aletam modi essendi: defunxit enim à proprietate in re repartit: sed aletas proprietas, à qua originaliter causatur hoc prædicatum, essentialiter est diversa à reliquis aliorum prædicatorum: vt patet: nam genus sumitur à materia: Differentia à forma: species à tota entitate: Proprium ab accidentibus egreditur ab principio: & quodlib. in secundo: vt homo est risibilis: & in quarto, vt intellectus intelligit: & de his prædicatis non loquimur in præsenti. Primum prædicatum denominatum, nēpe proprium, est quod aduenit subiecto post eius esse completū: & hoc adhuc est duplex: alterum per informationem realem ipsius subiecti: & tale semper est accidens alicuius nouem generum: & de facto secundā intentionem huius prædicabilis, vt est vnum ex quatuor prædicatis ab Aristotel. 4. Topicorum enumeratis, fundat quod quidem prædicatum: sicut est superius ad hoc prædicatum, Accidens: sic non potest nisi in nouem generibus accidentium fundari: & nullatenus in substantia: quia ex Arist. 1. Physic. & ex Doctore q. 3. quodlib. quod vere est, nulli accedit. Alterum est: quod aduenit subiecto post suum esse completem, non tamen per informationem; nisi per prædicationem, actione alicuius vniuersis: & hoc modo secunda intentione huius prædicabilis poterit in substantia fundari.

Secundo notandum: quod prædicata denominativa realia: prout huius prædicabilis fundamenta esse queunt: sunt in triplici differentiatione: alia habeant essentiam accidentis, sed non modum: vt albedo, & nigredo: vt abstractum à subiectis: quæ, vt sic, non considerantur per modum accidentis. Alia habent modum accidentis, sed non essentiam: quia sunt substantiaz: vt esse aureum, esse vestitum, esse lignum: alia denique habent modum, & essentiam simul: vt esse album, nigrum, quantum, &c.

Ex quo inferitur: Accidens, quod ad hoc prædicabile pertinet, sumi debere in concreto: & ratio est quia licet albedo possit fundare intentionem speciei, considerato accidente, per ordinem ad sua inferiora quidditatua: ceterum cum vniuersalia sumantur per ordinem ad sua subiectibilia: & albedo, vt sic in abstracto, talia non concerni de lege: quod album in concreto: & non albedo in abstracto, hanc intentionem fundare debeant.

ARTIC. I.

Quod sit materiale, & substratum, quinti prædicabilis?

1. Senten.

PRIMA sententia est nonnullorum assertorium tantum illud, quod vere Accidens est, esse huius prædicabilis fundamentum, ita Toletus, Oña, & Mercatus, quæ probari potest ex Doct. quæst. 2. de Proprio ubi

hoc asserere videtur: & in præsenti: vbi ratione probat; ideo hoc prædicabile ab alijs essentia inter distingui: quia eius fundamentum diuersum habet modum essendi: sed tale (vt videtur dicere) est solum accidens: nec conuertibile; ergo nullum aliud, præter istud, potest secundum Doct. & veritate inesse huius prædicabilis materia.

Opposita tamen sententia videtur mihi posse melius ad mentem Doctoris substineri: videlicet omne illud, quod est extra rei essentiam, siue sit substantia, siue accidens; dummodo ab ipsa essentia rei non distinguitur: posse huius prædicabilis intentionem fundare. Ita Doct. in 3. dist. 7. quæst. 1. lit. C. & eius Expositores ibidem: Maturius, Anglicus, & Valera in præsenti cum alijs Thomistis, quos citat, & sequitur P. Gallego cōtrouers. 2.1. pro qua notandum.

Primo, quod denominatum prædicatum est duplex: proprium, & improprium: hoc secundum non est à subiecto realiter distinctum: & reperitur in tribus modis dicendi per se: v.g. in principio: vt homo est rationalis, secundum Doct. q. 3. quodlib. in secundo: vt homo est risibilis: & in quarto, vt intellectus intelligit: & de his prædicatis non loquimur in præsenti. Primum prædicatum denominatum, nēpe proprium, est quod aduenit subiecto post eius esse completū: & hoc adhuc est duplex: alterum per informationem realem ipsius subiecti: & tale semper est accidens alicuius nouem generum: & de facto secundā intentionem huius prædicabilis, vt est vnum ex quatuor prædicatis ab Aristotel. 4. Topicorum enumeratis, fundat quod quidem prædicatum: sicut est superius ad hoc prædicatum, Accidens: sic non potest nisi in nouem generibus accidentium fundari: & nullatenus in substantia: quia ex Arist. 1. Physic. & ex Doctore q. 3. quodlib. quod vere est, nulli accedit. Alterum est: quod aduenit subiecto post suum esse completem, non tamen per informationem; nisi per prædicationem, actione alicuius vniuersis: & hoc modo secunda intentione huius prædicabilis poterit in substantia fundari.

Secundo notandum: quod prædicata denomi-

nativa realia: prout huius prædicabilis fundamen-

ta esse queunt: sunt in triplici differentiatione: alia

habent essentiam accidentis, sed non modum: vt albedo,

& nigredo: vt abstractum à subiectis: quæ, vt sic, non considerantur per modum accidentis.

Alia habent modum accidentis, sed non essentiam:

quia sunt substantiaz: vt esse aureum, esse vestitum, esse lignum: alia denique habent modum, & essentiam simul: vt esse album, nigrum, quantum, &c.

Ex quo inferitur: Accidens, quod ad hoc præ-

dicabile pertinet, sumi debere in concreto: & ratio est quia licet albedo possit fundare intentionem speciei, considerato accidente, per ordinem ad sua inferiora quidditatua: ceterum cum vniuersalia sumantur per ordinem ad sua subiectibilia: & albedo, vt sic in abstracto, talia non concerni de lege: quod album in concreto: & non albedo in abstracto, hanc intentionem fundare debeant.

Q. 5 Dicere

3. Cœlus.

Dicendum primo: de facto, regulariter, & proprie loquendo, fundatum nūius vniuersalitatis sunt omnia accidentia limitata, q. ad nouem genera accidentium spectant. Hæc est Doct. locis pro prima sententia citatis (sic enim ibi loquitur) & probatur: hoc vniuersale proprie dicit prædicatum non essentialiter, nec per se, nec conuertibile: sed à parte rei, quod proprie alteri adest, nec per se, nec conuertibiliter, sunt accidentia communia nouem generum: nam hæc proprie inhærente dicuntur, ergo hæc proprie sunt fundamenta, à quibus abstrahitur conceptus communis, in quo hæc secunda intentio proprie fundatur.

2. Conclus.

Dicendum secundo, si prædicatum denominativum reale sumatur secundo modo, & sine informatione, etiam substantiale prædicatum in concerto, hanc secundam intentionem fundare valet. Est Doct. in tertio vbi supra: & probatur: nā ad rationē absolutū alius prædicabilis tantū requiritur, quod possit adesse, & abesse à subiecto, salua subiecti essentia: ergo in illis prædicatis, quæ realiter non sunt de essentiis subiectis, nec ab eo dimanant, poterit hoc præcable fundari: huiusmodi sunt aliqua substantiae: vt pater in his: cathedra est lignea: anulus est aureus: nam accidit cathedra: quod sit lignea; & anulo: quod sit aureus, & ab illis talia prædicata: Accidens nequit esse vniuocum prædicatum, respectu substantiae: quia illud nomine, & ratione, idem esse debet cum subiecto.

Notas.

Itaque resolutorie dicendum: quod sicut duplex est prædicatio accidentalis: directa, & indirecta: directa, quando subiectum, quod natum est subiecti, & prædicatur, quod natum est prædicari; & indirecta ē conuersio: & in hac propositione cathedra est lignea: prædicatum subiectum, & subiectum prædicatur; & ideo est indirecta, & reducibilis: inde fit: quod talia prædicata secunda conclusionis reductive pertinent ad hoc prædicabile: & que directe, ac per se, pertinent ad illud, sunt illa, de quibus loquitur prima conclusio: & ita intelligendus est Doctor pro vtraque sententia relatus.

ARTIC. II.

Quod sit huius vniuersalis subiectibile?

QVIA Accidens duplicitate considerari potest: vel vt ad sua inferiora comparatur: v. g. coloratum ad album, & nigrum: vel in ordine ad subiectum, cui albedo, & nigredo inhærent: præsens controversia non procedit de accidente primo modo: nam, vt sic, certum est apud omnes esse vniuersale, non tamen à genere, seu specie, distinctum: sed secundo modo procedit in qua re est prima sententia aliquorū Recentiorum assertorū. Accidens per ordinem ad subiecta non esse essentialiter vniuersale, &

quintum prædicabile: sed tantum accidentaliter. Itaque volunt accidentia esse vniuersale simpliciter per ordinem ad subiecta: sed esse vniuersale accidentaliter, & non essentialiter.

Probatur primo: si album respicit parietem, vel lignum; ideo est: quia prius natura respicit hoc, & illud album, quæ sunt inferiora eius; & quæ illis insunt subiectis: ergo talia subiecta per accidentem respicit: ergo per ordinem ad illa in esse vniuersalis accidentaliter constituitur.

Confirmatur: Accidens non abstrahitur primo, & per se à subiectis; sed à suis inferioribus: & si à subiectis abstrahitur, ideo est: quia in se habent accidentia singularia: ergo accidens non haber essentialiter rationem vniuersalis per ordinem ad subiecta: sed tantum per accidentem.

Secundos accidens, vt est quintum prædicabile, est prædicatum per accidentem: ergo & vniuersale per accidentem. Antecedens probo: quia eius fundatum ex primo Post. per accidentem prædicatur: ergo, & ipsum est prædicatum per accidentem, & non per se.

Tertio, quodcumque vniuersale prædicatur vniuoce: sed accidens non prædicatur vniuoce; cum eius prædicatio sit denominativa ex Arist. cap. 1. ante prædicam. & ultra, quia cū accidens, & substantia, non sunt idem nomine, & distinctione: Accidens nequit esse vniuocum prædicatum, respectu substantiae: quia illud nomine, & ratione, idem esse debet cum subiecto.

Secunda sententia est Doctoris in præsenti solutione ad primum, & supra q. 4. de Proprio. ad questionem dicendum; & q. sequente est que communis: licet dubium sit: an subiectibile immediatum sit plura subiecta species; vel solo numero differentia.

Notandum primo, quod in accidentibus, prout ad præsens attinet, duplex abstractio reperitur: altera à subiectis: & altera ab ipsius accidentibus: v. g. albedo abstrahit ab hoc albo: & sic est forma quadam accidentalis immediate, & per se primo, respectu subiectum, cui inhæret, & à quo immediate abstrahitur: & per hunc respectum in esse vniuersalis constituitur accidentis abstrahit etiam albedo ab hac & illa albedine; & sic est species coloris, à specieque denominatur.

Secundo not. (& videtur esse doctrina Doct. in soluzione ad primum) quod licet albedo, v. g. non possit natura communè denominare, nisi mediante hac albedine; ex qua, & ex individuo naturæ, cui immediate, & per se primo, inhæret, fit per se primo hoc albus nihilominus, ex ipsa albedine, & ex ipsa natura in communè per se secundario, fit vnu per se accidentale, quod dicitur album in communè; & tale prædicatum reale; & alia similia ex subiectis, & accidentibus nouē generum sic in communè sumptis constituta: sunt fundamenta remota istiū intentionis: nā considerans intellectus accidentia, quibus in talib[us] esse constituuntur, ab extrinseco subiectis aduenire, posseque ad esse, & abesse, sine subiectorum corruptione, ac habere eundem modū inhæredi; ab unitate proportionis, quā seruat, abstrahit conceptum communè, & vniuocum, ac quidditatiū, quem postea comparat ad subiecta, à quibus illum abstraxit: ex qua

1. Argum.

Confirm.

1. Cœlus.

2. Arg.

3. Argum.

2. Sententia.

Doctoris.

2. Conclus.

3. Conclus.

qua comparatione resultat relatio quædam rationis, quæ dicitur accidentalitas, cuius concretum relatum dicitur accidentis, significans pro formaliter ipsam accidentalitatem; & connotans pro materiali conceptum illum communem omnibus prædicatis communibus accidentalibus; & terminatus ad subiecta, de quibus illa prædicata predicantur ratione inhærentia realis, quæ illis inhæret. Et cum subiecta possint considerari secundum esse specificum, & individualiter: v. g. homo, vt homo, vel vt hic homo, scilicet, Petrus: & sic de alijs: ideo etiam determinandum nobis est: an per ordinem ad subiecta, vt individualiter, & per accidentem, & non per accidentem, se habet alter: nam secundum illum tantum postulat inferiora accidentalia, quæ sunt plura subiecta; vt plura sunt.

Dicendum primo: accidens, vt quintum vniuersale est, per ordinem ad plura subiecta essentialiter constituitur: hæc est Doct. & suorum in presenti: probatur primo: per illud constituitur accidentes essentialiter in esse vniuersalis, per quod à reliquis essentialiter distinguitur: sed per prædicari de pluribus subiectis accidentaliter contingenter distinguitur essentialiter ab alijs. Ergo: probo minorem: nam talis modus prædicandi non nisi subiecta respicere potest: quia album respectu huius, & illius albi, vt sunt eius individualiter constitutus. Nec illud, per accidentem, seu mediante, vrgit: nam, vt aliquid sit vniuersale, abstrahit à ratione media, vel immedia: vel si media interueniat, non obstat: dum modo quoad esse Physicum detur: vt est in proprio: quia talis mediatio solum est à parte rei: & non quoad intellectum.

Secundo, accidens in communī, vt est prædicatum quoddam accidentalē, respicit plura illa, quæ denominat hoc accidens, seu hoc prædicatum in particulari, v. g. album, nigrum, &c. Sed hoc prædicatum accidentalē respicit essentialiter, & vt correlatum, plura subiecta, quibus ratione albedinis inest; ergo. Minor patet: nam album, vt prædicatum accidentalē, & contingens est, non nisi de ligno, vel lapide, prædicari potest.

Tertio, haec prædications essentialiter sunt alii: curius Prædicabilis: nempe Petrus est albus; lapis est quantus: sed non possunt esse alterius nisi illius: ergo.

Dicendum secundo: immediata subiectibilia huius prædicabilis sunt subiecta, prout individualiter sunt: immediata vero prout specificē consideratur: & subiectibile ad quodlibet sumpturnum sunt ipsi quodlibet sumpturnum: hæc quodlibet omnes partes est Doctoris: & quod primū patet: nam ideo supra diximus, immediata subiectibile generis esse species: & mediatā esse individualiter: quia prius species, quā in individualis, contenit: & ita ideo respicit individualiter, quia species respicit: ergo est contra, sicut in accidere respectu subiectorum, prout individualiter, & specificē, considerantur: patet consequentia ex communī discrimine ab omnibus inter propriū. & accidentis assignato: de quo Doctor hic, & supra quæst. 5. vniuersaliter, nempe, quod propriū primo, & immediate, conuenient naturis communib[us]: mediate autem individualiter: est conuersio vero accidentia communis primo, & immediate, individualiter: mediate vero, & secundario naturis communib[us]: ergo, si individualia sunt in ortu accidentium prima, & immediata subiecta, tam quoad conuenientiam, quam quoad existentiam, sequitur, quod erunt primū,

& ita mediatum subiectibile accidentis: mediatum vero subiecta quoad specificum esse: quod est intentum secundæ partis conclusionis.

Tertia pars patet: nam terminus ad quodlibet ex immediato, & mediato, constituitur: sic est in præsenti: ergo. Vnde eo ipso, quod Petrus est albus; etiam animal, substantia, & cetera prædicata superiora, suo ordine alba denominantur.

Ad primū

Ad argumenta: ad primum dico: quod albus, & quodlibet simile prædicatum potest considerari, vt prædicatum esentiale, respectu suorum inferiorum, de quibus, tanquam species prædicatu: vel tanquam prædicatum accidentalē respectu subiectorum, quibus inest: quare sicut primum respectus est illi esentiale, ita & secundus in suo ordine: & ad hunc per accidentem se habet alter: nam secundum illum tantum postulat inferiora accidentalia, quæ sunt plura subiecta; vt plura sunt.

Ad confir.

Ad confirmationem, nego antecedens: nam prima abstractio in accidentibus, ex not. primo fit à subiectis: vnde cum vniuersale dicatur per ordinem ad illud, à quo primo abstrahitur natura: & accidens primo à subiecto abstrahatur: sequitur, quod per ordinem ad subiectum essentialiter constitutus. Nec illud, per accidentem, seu mediante, vrgit: nam, vt aliquid sit vniuersale, abstrahit à ratione media, vel immedia: vel si media interueniat, non obstat: dum modo quoad esse Physicum detur: vt est in proprio: quia talis mediatio solum est à parte rei: & non quoad intellectum.

Ad secundum.

Ad secundum, distinguendum est de ly per accidentem, tam in antecedente, quam in consequente: si enim ly per accidentem determinat in herentiam, neganda est vtraque propositio: falsum est enim: per accidentem conuenire accidenti esse vniuersale: Si vero determinat inherens; videlicet prædicatum: vtraque est concedenda: cum sit verum, esse vniuersale, seu prædicabile, per accidentem, conuenire essentialiter accidenti, vt est quintum prædicabile. Itaque vniuersale hoc est prædicatum accidentalē; vt distinguatur contra essentialē, cum hoc tamen sit; vt in esse talis per ordinem ad subiecta essentialiter constitutus.

Ad tertium, nego minorem: sufficit enim: vt sit vniuersalum prædicatum: licet non vniuoce prædicetur: & cum album, v. g. secundum nomen, & rationem, de Petro, & lapide prædicetur, dicitur vniuocum prædicatum; quod ad fundandum hoc vniuersale sufficit.

Ad tertium.

ARTIC. III.

An accidentia huius Prædicabilis, propria, & subiectorum, existentia indigent?

Pater Fonseca 5. Metaph. cap. 2. quæst. 20. sect. 6. responder subiecta huius prædicabilis esse tantum illa, quæ acti existunt, & in quibus forma accidentalis aetate reperitur.

Alii